

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quovis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. XII. Nabuchodonosor, quod ei Daniel prædixerat, in belluam migrat.
Peccati proprium est, hominem in bestiam commutare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

Daniel. Caput XII.

570

MUNIB. LIBR. BIBL. B.

Ephe. c. 2. sueris regis aula, si quis insignius de rege fuisset meritus, A
vers. 23. Mandatum est hispotis, & annibus traditum coram rege.
Los. cii. Ita Deus de se suisque bene meritos obliuisci non potest; hæc beneficia annibus traduntur æternis. Sed addit Siracides: in tempore casis sui invenerit firmamentum. Deus homini in pauperes benefico fert open, cum is eæ eget maximè. Si quis ex alto cadat, quām gratum est, si in ipso casu fiam aut tabularium lebeat, quo casum suum fulciat: ita si quem res arcta urgant, tamque ruere videatur, quām opportunum est si amico sinu aut molli lecto excipiatur. Purpuratus ille gulo, Lazari carnifex
Luc. cap. 16. cœpit ruere: Mortuus est & dives. Ruina grandis, sed nullum ea reperit firmamentum. Nam in imum decidit
vers. 22. & sepultus est in inferno. Idcirco Daniel: Peccata tua, inquit, eleemosynis redime. In arce sumus, ô rex, minatur arbor ruinam; eleemosynis eam, ut possumus, fulciamus.

Dan. cap. 4.

vers. 24.

Nos, cum aliqua necessitate obvenerit, ingentia pollcemur, & ne cito que anathemata vovemus templis. Est B qui statuam ceream ad sui corporis pondus & molem promittat. Non malum hoc, nec reprehendo, sed meliora suggesto. Suam ille ceram liquefaciat, tamque in egenos dividat. Nam subinde neficio quid vanitatis sublati anathemate latet. Nec enim solum hoc suavit Daniel: Eleemosynis redime peccata. Sed addidit: Et iniquitates misericordiæ pauperum. Una cum stipe proniorem in pauperes affectum exigit. Si illa tot delictis medicina sit, hac una erit.

Ibid. Hoc Christus planissimis verbis subjiciens: Verum Lue. cap. 11. tamen, inquit, quod superest date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Hoc Ambrosius expendens: Manus Ambr. to. 1. bonum est, inquit, eleemosyna, qua purgat omnem fordanem, & lib. ad Virg. cap. 1. mibis squalem. Hoc ipsum ingeminans: Quām gratum ergo opus est, ait, ut omnem maculam hominis & fordanem emundet. *vers. 41.* *vers. 166.* Idem tot. 5. Sacra pagina omnes, & torus præfatum Patrum sensus eleemosynas misericordie commendant. Compendium Philip. c. 5. omnis elegio hoc est: Verumtamen date eleemosynam, & mibi p. 365. ecce omnia munda sint vobis. Sed objicias. Hæc tories audiimus diversis cohortationibus, libris, concionibus: Jam satui sumus hac crambæ. Hujus ego naufragium auditoris medicum non agam, ne spernat medicinam.

Chrys. to. 3. Chryostomum hinc sisto, qui opportunissimè respon in cap. 17. det iis, qui pariter aures sibi eleemosynarum commendatione obtundi querebantur. Hos exprorectâ fronte Ioan. ho- perfstringens: Quisque, ait, de nobis dicat quid velit, ageret hi- miil. 80. mi- per nostram fiduciam admonitionem, nos negotiores appellebat, pag. 325. graves, molestos; non cœlabimus ab admonendo, & cum pro- Dan. cap. 4. verapha omnibus vobis frequenter predicabimus: Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas miserari omnibus pauperum. Neque hoc hodie tantum facias, cras desistas. Quotidie peccamus, eleemosynis peccata quotidie redimamus. Eleemosyna est, que omni carez inquireat. Hec omnia munda facias, hac jejunio, hac humi dormire exasperat, quamvis molestiora & laboriosiora sint illa, hac tamen lucrosior illuminat animam, sagitat, pulchram & decoram facit. Quare vos hortor, atque obervo, ne nobis ipsis finis detrimenti, nœve pro luto supernis nos thesauris fraudemus, & culmorum ac palcarum plena navis portum subeamus. Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis.

C A P V T X I I .

Nabuchodonosor, quod ei Daniel prædixerat, in belluam migrat. Peccati proprium, hominem in bestiam commutare.

P Ecclat tam potens est incantamentum, superbiam exercitata trivenefica, ut hominem, nec eum vilem, sed regem, & regum regem, monarcham potentissimum mutare potuerit in pecus. Nabuchodonosori

A regi silva fuit culina, sed frigida, & sine foco; nam fumum ut bos comedit, idque septennio continuo. Ita Deus convivas insolentiores tractat, tam frigida eis appetit ferula. Inauditum, & pæne incredibile est adeo mutari hominem ut induat belluam. Quā autem fieri potuerit, ut Nabuchodonosor humanam exuens natum induerit ferinam, suo loco explicabimus.

Hac inusitatè prorsus metamorphosi Deus non auribus tantum, sed & oculis concionatur, & ingerit hæc monita: En ut peccatum hominem transformet! En quantum mali sit adversus rationem niti, cupiditatibus obsequi, superbia efferti, ita demum in pecudem migrat homo, quod in rege potentissimo factum certius. Non credidimus sanè id fieri posse; nisi Deus id oculis speculum exhibuerit. Ita peccatum hominem deturpat. Peccati proprium est, hominem in bestiam commutare. Quod capite hoc explicandum.

§. 1.

H Ebraeus psaltes humanam cæcitatem deploras: Homo, inquit, cum in honore esset, non intellexit; comparatus est jumentis insipientibus, & simili factus est illis. Grande hic mysterium lateat, quod idem istud verbis mox repeatet. Et simili factus est illis. Sicut enim pecudes, Homo factum praesentia, & quod in oculis est spectant, futuri similes non sollicitæ, ita homo vanus, æternitatis & vita melioris oblitus in res praesentes & fluxas se immergit, totus quantum peritius affixus. Hic Orbis status est. Caduta res propria & res corporis curantur unicè, in praesentia commodes omnes intentissimi rapiuntur. Haec principes & summa omnium curæ sunt, ut corpus bene habeat: ut valeat animus, posteriores & perfunditoria geruntur cure. Hinc verissimum dictum Tullii: Sunt quidam homines Cx. l. 1. non re, sed nomine. Est qui humanus, tractabilis, placidus Off. fit dum sobrium est, cum vino madet temulentus, fuit, tonat, fævit, exagitat domesticos, in uxorem etiam ac liberos immittit & barbarus, quos stricto ferro per dominum insequitur. Nunquid hic homo est? Non tantum non humanus, sed nec homo amplius, sed leo est. Quem Siracides corripiens: Noli esse, inquit, sicut leo in domo tua, Eredit. q. 1. avertens domesticos tuos. Sunt homines litigiosi, altercatores, turbidi, iurges assueti, litium fatores, hos profectò non homines, sed canes aut feles dicas. Quos Paulus: Videat canes, inquit, videat malos operarios. Sunt qui hodie Phil. 1. peccata defleant, cras eadem repetant audacissime, vñ. 2. Num istos appellabis homines, quos Petrus inter canes numerans: Canis, inquit, reversus ad suum vomitum. At 2. Pet. 1. centur celo tales: Foris canes & venefici, & impudici, & homicidi, & idolis servientes, & omnis qui amat & facit mendacium. Sunt alii astutiarum & fallaciarum pleni, rapta vulpes, & serpentes. Quod Herodii Christus nuntiavit justit, hoc & in illos quadrat: Dicite vulpi illi. Sed & serpentem callidior erat cunctis animalibus terra. Hinc calidior Gen. 1. hæc progenies riperarum nascitur. De hominibus in pecudes mutatis Severinus Boëthius ita philosophatus: Ed. vñ. 7. teor, inquit, nec injuria dici video vitiosos, rametsi humani corporis speciem servent, in bellus tamen animorum qualitate mutari. Quid igitur? His ne accedamus, quos bellus similes esse propositum. Nec prædicti monstravimus. Aulus Gellius de homini exterioribus fa. 1. 1. quinque sensibus Christiano ritu philosophatus: Nimir. Gell. fa. 1. volupetas, inquit, è gustu & tactu, sicuti sapientes viri censuerunt, omnium rerum fodissima est. Ifse autem voluptates date cap. 1. mi- gustus atque tactus, id est, libidines in cibos atque Venerem pro- Volup- dige, sole sunt hominibus communes cum omnibus bestiis, & id gustus & circa in pecudem ferorumque animalium numero habetur, tactus & quisquis est huius ferinis voluptatibus prævinctus. Nec prædicti commi- Comicus id ignorans: Adeon, ait, homines immutari, homines rier ex amore, ut non cognoscas eundem esse? Cui somnibus Mantuanus vates accicens ad nostrum institutum ap- positissimè dixit:

Fit pecus omnis amans, dum pro ratione libido est,

Iudic.

Iudicium nutu temperat omne suo.
Quisquis enim vivit sine lumine mentis & usi
Fert homini's vulcus, ingeniumque ferre.

Est pecus, & fallax hominem meatur imago, &c.

Quando igitur homines vitiosi hominem exunt, & in pecudes abeunt, quis iure jam culpaverit Diogenem, qui mero meridie cum laternula sua per hominum cuneos in forum penetrans: Homines, ajebat, homines quero. Cumque inter sibilos & risus philosopho diceretur: Non fatus hic hominum est? Iste, ajebat, non ut homines vivunt, sed ut pecudes. Ita idem hic Cynicus fibinde proclamavit: Hucus homines. Cumque passim turba & sex hominum undequaque provolans concurreret, & philosophum cingeret, Diogenes baculo circumstantes abigens: Homines, ajebat, homines, non purgamenta, non pecudes vocavi.

Si summa imis liceat componere, non multum absit.
Thom. 1. mili modo locutus videtur Hieremias vates: Quomodo
sola civitas, plena populo, & dictum admirabile. Quo-
modo sola, si populo plena: quomodo autem copiosa,
si vidua & deserta? Ita prorsus & plena fuit, & sola
fuit: plena, sed bestialis: multa facies humanae pauci ho-
mines: vix enim illum invenire fuit, qui rationem se-
queretur & viveret ut homo. Omnes declinaverunt, simul
inutiles facti sunt: non est usque ad unum.

S. II.

Miserum animal est homo, si deferrat ratione, ab humanae desciscatur indole. Dilucide Aristoteles hac in re philosophatus: Ut enim, inquit, perfectione ratione, ab suscepto optimum cunctorum animalium est homo, ita si alienus fiat a lege & a judicio, peccatum est omnium animalium; delictum itaque impissimum atque immanissimum est sine virtute, & ad libidinum cibationemque determinum. Nunquid non satis hoc demonstrant, homines virtiorum usum degenerare in bestias? Ejusdem propus sententia Platonis sectatores dicerent solebant: Procul hinc affectiones bestiales, quod Severinus Boëthius, quem dixi, oratione nobilissima prosecutus: Enevit igitur, inquit, ut quem transformationem virtutis videoas, hominem prius mihi existimare non possem. Araritatem servet alienarum opum violenter erector? Similiter lupi dixerunt. Ferox, atque inquietus lingua litigii exercet: cani comparabis. Infidulator occulsi surripuisse fraudibus gaudet & vulpeculis exaqueatur. Ira intemperans frenit: Leonis animum gestare credatur. Pavidus ac fugax non metuenda formidat: cervis similis habeatur. Segnis ac stupidus torpe: simum vivit. Levis ac inconsitans studia permisit: nibil ab avibus differt. Fodis, immundisq; libidinibus immergitur: Sordida suis voluptate detinetur. Ita sit ut qui probitate deserteret homo esse deserterit, cum in divinam conditionem transire non posset, vertitur in bellum.

Quocirca non miremur dictum illud gravissime censura: Nonne tibi videatur bestialior bestia, rationem habens, & ratione non utens? Non miremur, inquam ego, hominem vitiosum ipsis bestiis dici vitiorem. Incestus, flagitium abominandum, non tamen inter homines rarissimum. Quid Tranquillus de Nerone, quid alii scriperint de aliis, silete malo, quam aures reverendas laderete. Beatus Paulus hanc libidinum fedatatem gravissime detestatus: omnino, inquit, auditur inter nos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris aliquis habeat. Ipse pecudes ab hoc flagitio abhorrent.

Camelus, quod Aristoteles memorat, ad matrem suam, sed prius opertam admissus, ubi delapo operimenta agnoverit matrem, commissi sceleris memor camelium defixio mortui interfecit. Ita cum equa & equo filio egit peroriga. At ubi equus emissarius equam ab admissione jam detectam vidit esse matrem, velut incertum erubescens, rupto steno, cursu perniciissimo evolavit in altum, unde seipsum praecipitem auctum intere-

A mit. Ad audiita talia pene quis subdubitetur, num ejusmodi animantes intelligent, cum homines intelligentia prædicti eæ se libidinum turpitudine contaminent, quam illæ reformidant, aut errore non virata in scipis aliisque, morte vindicant.

Hinc jute Chrysostomus a cœlo interrogans: Unde abryſſo. possum, inquit, cognoscere quid animam habes hominis, cum tomo 4. in calcites afnorum mare, cum lacusitus efficeris ut camel, cum epif. 2. Cor. mordet ut ursus, cum rapias ut lupus, cum fureris ut vulpes, cum e. 3. hom. 6. sis dolosus ut serpentes, cum impudens sis ut canes; unde possum cognoscere, quid animam habes hominis? An quod ingredieris At qui istuc etiam brutorum est. An quod edis & bibis? Arqui idem faciunt & frera. An vero quod erectus duobus in cœlis pedestibus? At istud mihi declarat potius te feram esse humanam specie. Quod si riderem bestiam humanæ voce loquentem, haudquam eo dixerim hominem esse, sed potius ob hoc ipsam dicerem esse bestiam quavis bestiæ protigiosorem.

Sed etiā sicut cum luis Plato, etiā Aristotelis libri ta- Hominem ceant, etiā os aureum obniueſcat, unde tamen satis in bestiam testantur sacræ paginæ in bestiam tranſire hominem tranſire peccando. Atque huic peccato libidinis singulare tristissimum est, humanam mentem in lacivam & belluam indo- ex scriptu- len transformare. Septem maritos Sarra, & non equos ris sacris. potius & mulos dices quam homines? qui matrimo- Tob. cap. 6. nium eo fine inibant, ut libidini sue vacarent, sicut equus & vers. 17. mulus. Has pecudes Deus, quas ipse non creasset, aver- fatus diabolo tradidit necandas. Hinc habuit potestatem ibid. Demon super eos. Idcirco David adeò contentè clamat & monet: Nolite fieri sicut equus & mulus quibus non est in- Pſal. 31. v. 9. relectus. Hoc pecus in superbia ac luxuria stabulis in- venitur.

S. III.

Quisquis igitur peccato graviori vel unico est obnoxius saepe secum altâ mente reputat: Ego igitur rationis imperium & Dei timorem excutiam, juventu similis tam in belluam insaniâ voluntariâ transeam? Nec enim illud ignorat spiritus, cunctus auferat se à sap. c. 1. v. 5. cogitationibus quae sunt sine intellectu.

Quapropter antequam aliquis vel minimâ se noxâ sciens volens obstringat, non decies tantum aut centies, sed millies iterumque millies consideret quid faciat. Vel capillus suam umbram, vel levissimum piaulum suum pœnam habet.

Nabuchodonosor hæc in oculis est. Cor ejus ab humano commutatum, & cor fera datum ei. Hanc imaginem regis adeò transformati Deus omnium illorum oculis opponit, qui flagitia & impuritates audent suscipere, qui scientes in malum ruunt. Hic seipso contemplentur. Nam etiā fororum non comedant ut boves, ea ramen in eorum animis intemperies est, ut libidinibus se mercant sicut pecudes. Hominem peccatum in bestiam tranſiuntur. Non tantum comparatus, sed similis factus est illis, insipientibus jumentis ratione deſtitutis, D que ſolū ſpectant preſentia, ſine omni eternorum curâ. Si ergo peccatum fecit bestiam, quid ergo facit hominem? Notitia. Quod clare afferens Laetantius: Notitia facit hominem. Cum, inquit, divinitatis intellectus, quo differimus a bellus, in homine ſolo reperiatur. Nihil humanius, imò nihil divinus quam noſe Deum. Hoc est vita eterna ut cognoscamus ſolum Deum verum. Ita ſcipsum quicquid ad Dei notitiam in dies potentiis trahat, dicique cum fideli iam Didymo: Dominus meus, & Deus meus. Ego mancipium & ferulus tuus, à te non ſolū conditus, ſed à te tuo eriam ſanguine emptus: Hinc omni propterea jure obligatissimus ad nutum tibi in omnibus parere. Hoc volo, & hoc uti cito volo. En hominem, quem divinitatis intellectus ſic humanum & conditoris ſubditum reddit. Ubi deest hic intellectus, omnia mores ſapiunt ferinos. Homo ſimilis fit jumentis.

Supremo iudicio die ad Judicis lavam mera ſtabunt pecudes.

Daniel. Caput XIII.

572

Zach. c. 10. Super hircos, inquit, visitabo. Apertissime Christus: Statuet
vers. 3. hædos à finis. Hujus pecoris pastores diaboli, stabu-
Matth. c. 25. lum flammæ, maculum & assidua laniana æternitas.
vers. 33. Nolite ergo fieri sicut equus & mulus, quibus non est intel-
l. v. 9. lectus. Nolite, obficio, nolite vivere ut bruta, quæ solo
senus & cupiditate, non verò ratione ac judicio ducuntur.
Procul, ô procul superbiam, & luxuriam, quæ om-
nem admittit rationem. Sit in homino divinitatis in-
tellectus, quo Deum agnoscat non tantum ut Domini-
num, sed ut suum Dominum, cui debeat ad unguem in
omnibus obedire. Existe canes, Angelis & hominibus
cælum, nos bruti est conditum.

CAPUT XIII.

Nabuchodonosor septennis bellua, uti à Daniele
prædictum, indolem humanam recipit.
Explicatur illud: Deus gradientes
in superbiâ potest humiliare.

Dan. cap. 4. Prolixam de Nabuchodonosore annalium epilo-
gus hic est. Omnia opera Dei vera, & via ejus iudiciorum
vers. 34. & gradientes in superbiâ potest humiliare. Postquam Na-
buchodonosor rigidum septenne tirocinium in silvis
cap. inter feras exegit, ad se reiit, sensus ferinos exuit, ho-
minemque rufus induit. De seipso fatentem reum au-
diamus: Igitur, inquit, post finem dierum ego Nabuchodonosor
ad finem oculos meos ad celum levavi, & sensus meus redditus est mihi:
Et altissimo benedixi, & viventem in sempiternum laudari
& glorificavi; quia potestas ejus, potestas sempiterna & regnum
ejus in generatione, & generationem. Et omnes habitatores ter-
re apud eum in nihilum reputati sunt: iuxta voluntatem enim
suum facit tam in virtutibus celi, quam in habitatoribus terre:
non est qui resistat manu ejus, & dicat ei: Quare fecisti? In
ipso tempore sensus meus reversus est ad me, & ad honorem re-
gni mei, decorumque pervenii: & figura mea reversa est ad me:
& optimates mei, & magistratus mei requisierunt me, & in
regno meo restitutus sum: & magnificientia amplior addita est
mihi. Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo, & magnifico, &
glorifico regem celi: quia omnia opera ejus vera, & via ejus
iudiciorum & gradientes in superbiâ potest humiliare. Hæc longè
alia est cantilena, quam quæ ante septennium audita,
cum ore turgido non Deum, sed seipsum prædicaret:

Ibid. v. 27. Nonne hac est Babylon magna, quam ego edificavi in domum
regni, in robore fortitudinis mee, & in gloriâ decoris mei.

Ita Deus his avibus, quæ nimis sublimè volant, acci-
dit alas; ita deprimit elatos, ita montes præcessos, &
astris minitantes solo coæquat. Gradientes in superbiâ po-
tent humiliate. Superbia nunquam sine noxa. (Nec un-
quæ hoc sat isculcari potest). Superbia ubique
ubique Deum capitem habet hostem: Superbia suum subim-
perat præcipitum molitur. Hujus igitur spectaculi
tamen admirandi catastrophen (Gradientes in superbiâ po-
tent humiliate) sumemus hæc explicandam, ut nemini non
pateat, ruinam homini elato esse certissimam. Subjun-
gemus, quomodo Deus à submissis præcipuac humi-
libus laudetur.

S. I.

R. Olymæus Rex David superbos sacro carmine per-
sistens: Cor, inquit, eorum vanum est, quod arduos
vers. 10. semper cogitat a sensu. Ergo, Decidant à cogitationibus
v. 11. suis. Quid istud mali est à cogitationibus suis decidere?
qui cogitationes superborum, & sensus altos penitus
habet exploratos, facile mentem psalmæ assequitur. Duo
fratres & Apostoli sedes geminas, eisque supremas, &
regi proximas in Christi regno pertierunt. O bone Deus!
viri duo illitterati, pescatores egeni, homines in honora-
ti, discipuli Christi, Apostolis annunciatati tam audacter

A regnum ambunt! Quales hæ cogitationes eorum, se id
meritos, tantâ sublimitate dignos, sive que ceteris prefe-
rendos; & quales sunt cogitationes istæ? longe protocæ
altiores quam æquitas & ratio permittebant. Ergo, De-
cidant à suis cogitationibus istis. Et certè Christus cere-
rà initissimus, aliquantulum asperius respondit, tam
sublimè perentibus ante promeritum. Hoc autem plu-
rimum torquet, à suis cogitationibus ita decidere, ut
quod minimè negandum cogitaras, neutiquam tamen
obrineas. Ita vinitores illi adversus patrem familias mur-
murabant, non quod denarium promissum non acce-
perint, sed quod alii mercedis tantumdem habuerint,
contra quā ipsi cogitarant.

Ita rex Antiochus Epiphanes incidit in languorem 1. Malo
præ tristitia, quia non factum est ei sicut cogitabat. Ita cap. 5. a.
Nabuchodonosor altissime quidem è folio regni deci-
dit inter bellus. Alta prorsus prolapcio, sed longe altior laplo de
fuit & gravior, cum ex ipsa divinitatis, quam sibi finxerat Epiphane
rat, sede, in imum corruit. Cogitaverat rex iste Babyloni
minus se veluti Deum in auro statu, quam exerat ado-
randum. Longè secus evenit, in horrendum barathrum
præcipitatus est. Decidit à suis cogitationibus. E Deo
factus est non homo, sed bestia. Ruina planè nimis quam
alta. Ita mater Domini Iesu Virgo beatissima in ædibus
Zachariæ cecinit: Differsit superbos mente cordis sui, ex alto Lut. cap. 7.
superbarum cogitationum præcipites dejecti. Hæ cogi-
tationes mentis humanæ semper altius emiti cupiunt,
quam ordo, status, conditio, sors assignata velint. Nec
enim superbos unquam satiarunt obtentis honoribus.
Illi sibi ipse ideoptem occinit: Eia altius, iterumque
altius: quid feriaris? paulò altius, adhuc altius. Perge,
perge, tuamque sedem promove, nondum omnem alti-
tudinem superasti; scande altius, superest locus, eluctare
ad altiora. Ergo decidunt ab his cogitationibus suis, qui
altiora se querunt. Deus obstat, qui gradientes in super-
biâ potest humiliare.

Superbus forsitan miretur sed occultissime, cur ipse
Deum pene semper experietur hostem. Quæ ego, clam
apud se dicit, tanta committo piacula, ut Deus affidet
me pungat ac vellet? Num ego omnium facinorissi-
mus sum, ut tot supplicii puniendus sim? O mi bone,
digitum impone labellis, & tuam omnem conscientiam
rimare, latebit utique quod ignoras ipse. Aliiquid occul-
tioris superbæ in animo tuo desidebit quod nescis, nec
credis affirmanti. Rumpe vomicam, virus evome, om-
nem penitus, & vel minimam superbiam ex omni
corde tuo proscrive. Quamdiu hic moraris, & ipse tibi
parcis, tamdiu Deum experieris hostem, nec cessabit his
adversarii tuus te pungere ac fiducare, donec scias
quod Excelsus dominetur in regno hominum. Atque hoc est,
quod plerique omnes etiam ignoramus. Præceptiones
versæ Humilitatis lentissime addiscimus.

S. II.

R. Obertus Nobilis Romanus senator purpuratus 1515
cùm sex mensibus quotidianâ febri laborasset, 1515
octoginta diebus uni solùm lateri coactus ita incubare,
ut in alterum converti non posset ob seviorem corpo-
ris abscessum, cùm ossa atque bellis totus esset, sub râ Sacer-
ipsum denique vitæ finem supras has emitit voces: 1515
Humilitas, Humilitas, Humilitas. Dicte cauflam fuisse
consent, sive ut seipsum corrigeret, qui paulò ante con-
fidentius dixisset: Domine adimplevi mandata tua; sive
ui in ejus virtutis, quam maximè semper adamasset, lau-
de moretur. Hoc unicè omnibus ac studiosissime di-
scendum, Humilitas, Humilitas, Humilitas. Hoc pene
unum tota Nabuchodonosoris historia inculcat, nec la-
tis unquam inculcari potest. Deus neminem fert in su-
perbiâ gradientem, quem non demum è sublimi cogi-
tationum dejectat. Ita superbum turris Babel ædificium
turbavit; ita insolentem Goliathum silice prostravit, ita tem-
fastuolum